Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Et dixit: fiat tantum pax et veritas
in diebus meis. XL.

Consolamini consolamini po-
pulum meum dixit dominus deus
vester. Loquimini ad cor ie-
rusalem et advocate eam quoniam
completa est malicia eius dimissa
est iniquitas illius. Suscepit de ma-
nu domini duplicia pro omnibus pec-
catis suis. Vox clamantis in deserto
parate viam domini rectas facite in
solitudine semitas dei nostri. Omnis
vallis exaltabitur et omnis mons
et collis humiliabitur et erunt prava
in directa et aspera in vias planas.
Et revelabitur gloria domini et vi-
debit omnis caro pariter quod os
domini locutum est. Vox dicentis
dicentis. Clama. Et dixi. Quid clama-
bo. Omnis caro fenum et omnis gla-
cies eius quasi flos agri. Exsiccatum
est fenum et cecidit flos quia spiritus
domini insufflavit in eo. Ve fenum
est populus. Exsiccatum est fenum
et cecidit flos. verbum autem domini
manet in eternum. Super montem al-
cende tu qui evangelizas sion. ex-
alta in fortitudine vocem tuam qui
evangelizas hierusalem exalta noli ti-
mere. Dic civitatibus iude. Ecce
deus noster. Ecce dominus deus
noster in fortitudine venit et bra-
chium eius omnibus dominabitur.
Ecce merces eius cum eo et opus
illius coram ipso. Sicut pastor gre-
gem suum pascet in brachio suo con-
gregabit agnos et in sinu suo leva-
bit fetas ipse portabit. Qui mensis
est pusillo aquas et celos palmo
ponderavit. Quis appendit tribus
digitis molem terre et libravit in pon-
dere montes et colles in statera. Qis
adiuvit spiritum domini aut qis
consiliarius eius fuit et ostendit
illi. Cum quo inivit consilium et in-
struxit eum et docuit eum semitam
iustitie et erudivit eum scientiam
viamque prudencie ostendit illi. Ecce
gentes quasi stilla situle et quasi
momentum statere reputate sunt.
Ecce insule quasi pulvis exiguus
et libanus non sufficiet ad succeden-
dum et animalia eius non sufficient
ad holocaustum. Omnes gentes
quasi non sint sic sunt coram eo et
qi nihilum et inane reputate sunt
ei. Cui ergo similem fecistis deum
aut quam imaginem ponetis ei.
Numq sculptile conflabit faber
aut aurifex auro figurabit illud
et lamminis argenteis argentarius
forte figuram et impuratile elegit
artifex sapiens. quere quomodo
faciat simulachrum quod non mo-
veatur. Nunquid non scitis. nunquid
non audistis. nunq non annunciatum
est vobis. nunq non intelleristis fun-
damenta terre. qui sedet super gyrum
terre et hinitatores eius sunt sicut
locuste. Qui extendit velut in
nihilum celos et expandit eos sicut
tabernaculum ad inhitandum. Qi
dat secretorum scrutatores quasi non
sint iudices terre velut in aures fen-
et quidem nec plantatos nec satos nec
radicatos in terra truncos eorum. Le-